Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mias

49

super ciuitatem hanc et super omnes vrbes eius vniuersa mala
que locutus sum aduersus eam quia induruerunt cervice sua ut non
audirent sermones meos Sequitur capitulum viesimum XX

Et audiuit phassur filius Emer sacerdos qui constitutus
erat princeps in domo dni semina ypheta simones istos Et
percussit phassur ieremiam ypheta et misit eum in nervum qui erat in
porta benyamin superiori in domo dni Cumque illuxisset in crastinum eduxit
phassur ieremiam de nervo Et dixit ad eum ieremias Non phassur
vocauit dnus nomen tuum si pauorem vndique quia hec dicit dnus Ecce ego
dabo te in pauorem te et omnes amicos tuos et cadent gladio inimicorum
suorum et oculi tui videbunt et omnem iudam dabo in manu regis baby
lonis et transducet eos in babilonem et percutiet eos gladio Et
dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius et omnem laborem eius
omnemque opus et cunctos thesauros regum iuda dabo in manu inimicorum
suorum et diripient eos et tollent et ducet in babilonem
Tu autem phassur et omnes habitatores domus tue ibitis in cap
tiuitatem Et in babilonem venies et ibi morieris ibique sepelieris tu
et omnes amici tui quibus ypheta sti mendacium Seduxisti me dne
et seductus sum fortior me fuisti et inualuisti factus sum in deri
sum tota die omnes subsannabant me quia iam olim loquor vaf
ferens iniquitatem et vastitatem clamito et factus est mihi sermo dni in
opprobrium et in derisum tota die Et dixi Non recordabor eius nec loquar
ultra in nomine illius et factus est in corde meo quasi ignis exestuans clau
sus in ossibus meis et defeci ferre non sustinens audiui enim con
tumeliam multorum et terrorem in circuitu persequimini et persequamur eum
ab omnibus viris qui erant pacifici mei et custodientes latus meum
Si quomodo decipiat et preualeamus aduersus eum et consequamur vltionem
ex eo Dnus autem mecum quasi bellator fortis Ideo qui persequuntur
me cadent et infirmi erunt Confundentur vehementer quia non
intellexerunt opprobrium sempiternum quod numquam delebitur Et
tu dne exercituum probator iusti qui vides renes et cor videam quo
ultionem tuam ex eis tibi enim reuelauimus causam meam Cantate
dno laudate dnum quia liberauit animam pauperis de manu malorum
Maledicta dies in qua natus sum dies in qua peperit me mater mea
non sit benedicta Maledictus vir qui annuntiauit patri meo dicens